



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Conformitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

CONFORMITAS.

Primò, quia satis vulgatum est, non posse quem habere duo beneficia conformia sub eodem recto, volui hic pauca ponere, quod etiam tetigi in *y. beneficium*, §. 7. *conc. 6.* quòd tunc dicuntur duo beneficia conformia, & incompatibilia, etiam si sint simplicia, ut duo canonicatus, duæ præbendæ, duæ pensiones, duæ dignitates, duo personatus, duo officia, non autem duæ capellanæ, duo altaria, modò alter illorum non sit sufficiens, quia si unum esset sufficiens, alterum non posset obtineri, *Gem. in c. 1. ver. istud dubium, de consuetud. lib. 6. Reb. de dispen. rat. atar. in claus. incompatibilia, num. 1. Nav. conf. 24. num. 2. de præb. & conf. 22.* dicit quòd stante consuetudine immemorabili, potest quis habere duo beneficia conformia in sufficientia, etiã cum dignitate, & *conf. 10. num. 3.* ait posse quem habere tot beneficia, dummodo personalem residentiam non requirant, quòd sufficiant usque ad competentem tantum sustentationem, & *conf. 1. n. 37. & deinceps de constit.* dicit posse quem habere plura beneficia etiam conformia, ex aliquib. circumstantiis, de quibus *ibi, & conf. 16. nu. 1. de præb. idem* quia beneficia, ut sint conformia, non facit nomen, sed munera, & onera, *ibid. n. 3.* & hoc nota pro practica quotidiana, & duæ vicariæ perpetuæ, duæ præbendæ theologales, quia sunt incompatibiles, *Reb. loc. cit. num. 2. & infra. Staph. de lit. gr. Prax. Episc. Pars II.*

si 73. à num. 9. & melius fol. 6. num. 5. Gom. de expect. num. 44. & fol. 75. num. 1. ubi dicit, quòd canonicatus cum capellania in eadem Ecclesia, non sunt incompatibilia, si sunt insufficientia. Vide luculentissimè de hac materia differentem *Gem. in c. gratia, ver. & istud ultimum de reser. lib. 6.* ubi per extensum narrat naturam beneficiorum, tam per compatibilia, quàm per sufficientiam, & residentiam, quòd nota pro practica quotidiana.

Secundò, an ista conformitas intelligatur in cœmeterio, vel claustrò, sive in continentibus ædificiis, & in quibus Ecclesiis adsunt Ecclesiæ infimæ, quæ vulgò sub corpora vocantur, ut *Salerni divi Matthæi, Neap. divi Januarij, Amalphæ divi Andree, Nolæ divi Paulini, Surrenti divi Antonini*, in quibus solent esse capellanæ, & officia, an dicantur conformia sub eodem recto? Vide & distingue cum *Gem. in cap. 1. ver. ult. quero, de consuet. libro 6.* & an beneficia eodius in Ecclesia possit beneficiari in dictis locis adjacentibus dictis Ecclesiis, vide *ibi.*

COMMENDATARIJ.

Primò, commendatarij, etsi non sint strictè religiosi, sunt tamen personæ ecclesiasticæ, & proinde gaudent privilegio. *canon. si quis suad. 17. q. 4.*
 Secundò, commendatarij sancti Jacobi Hispaniarum ducunt uxores cum privilegio Apost. nam quoad tria vota sunt Religiosi, ad instar Hierosolymitanorum, *Sot. l. 7. q. 5. art. 3. circa ult.*

G

ult.